0473

105-1

AN ORATI-ON GRATVLATORY TO

the High and Mighty IAMES of *England,*
Scotland, France and Ireland, King, Defendor of the
faith, &c. On the twelft day of February laſt pre-
ſented, when his Maieſty entered the Tower of
London to performe the reſidue of the ſolemni-
ties of his Coronation thorough the citie of London
differred by reaſon of the plague: and publi-
ſhed by his Highneſſe ſpeciall allowance.

VVherein both the deſcription of the Tower of
London and the vnion of the kingdomes is
compendiouſly touched:

By

WILLIAM HVBBOCKE.

AT OXFORD,

Printed by Joſeph Barnes, and are to be ſold in Paules
Church-yard at the ſigne of the Crowne, by
Simon VVaterſon. 1604.

0474

POTENTISSIMO IACOBO ANgliæ, Scotiæ, Galliæ, & Hiberniæ Regi, fidei *Defenſori, &c. Oratio duodecimo February, cum Arcem Londinenſem ingrederetur, vt inaugurationis ſuæ reliquas ſolennitates per vrbem perageret, dilatas ob graſſantem peſtem, gratulatoria; eiuſque auſpicijs prælo mandata.*

In qua & totius Turris ſuccincta deſcriptio, regnorumq; vnio perſtringitur:

Authore *Gulielmo Hubbocke.*

DABO ait Dominus per Hoſeam Oſea.2.15.
Prophetam *vallem* Achor *pro foribus ſpei*. Erat autem vallis *Achor* primus aditus *Iſraeli* in promiſſam terram. Et hoc quidem vallum (potentiſſime Rex) eſt veſtibulum tãquã terræ promiſſæ tibi: et primum inaugurationis tuę veſtigium, ad regnũ tibi cœleſti decreto ante te natum deſtinatũ. Cuius ad has valvas ſalutant te meis verbis, nõ ſolum locum hic tenens tuus fidiſſimus, belli paciſq; ornamẽtis illuſtris miles, totaq; armata cohors circumſtipantium regium latus tuum, ſervientes hoc loco tui: *ſed conſalutant* vno nutu, *Anglia* tota, Gallia, *Hibernia*, quarũ omnium *ſupremum ius, huius* vnius loci complexu prenſas, & quaſi manu tenes. Hæc enim arx, hoc caſtrum regale, arra eſt omnium: & porta non modo bonæ ſpei, ſed portus totius rei. Hic magnificę & regales beſtię, *leones Anglicani*, adorãt *leonẽ Scotiæ*; ô verè de leone *Iudæ* oriũde, ô verè atavis editę regibus: Hic numiſma cuditur, nervi & artus belli, quod Cæſareum tuum nomẽ & vultum iampridẽ geſtavit: Hic chartophylacium regni, ſcrinium actorum & diplomatum principum noſtrorum, illuſtriſſimorũ maiorum tuorum, ê quibus emendatior hiſtoria, auſim dicere, quam quę vlla extat, perpoliri poſſit. Exiſtunt hic etiam circumquaque, per anfractus huius loci, ſparſę rotundatę turres ad ſontium læſæ maieſtatis cuſtodiã: vnã hanc citi-

0475

mam maiores noſtri ſanguinolentam dixere, ob cruo-
rem, vt aiunt, infātū *Edouardi* quarti, quos *Richardus* terti-
us execrādę memoriæ, horreſco referens, immaniter cō-
trucidavit. Proſtat inde officioſè in te deſuper ſpectans,
ſed aheneis tormentis propoſitis flammarum vomitus &
tonitrua hoſtibus minitans, grandiuſculum & quadra-
tum Martis propugnaculum, robur loci, vigil vrbis,
cuſtos pacis, moderator circumiacentis regionis, cuius
caniciem facies ipſa atteſtatur, in quo priſca fama Roma-
ni *Cæſaris* præcipuè aulam concelebravit. Hic gemma-
rum domus & gaza regni, innumera complectens maxi-
mi pretij vtenſilia, totamq; auream & argenteam ſupel-
lectilem vnà cum opulentiſſima re veſtiaria regia, quæ
omnia ſeſe in ſinum tuum vt iuſtiſſimi domini & hę-
redis ex aſſe iamdudum effuderunt. Hic, ne ſingula cō-
memorem, globorum monticuli: armorum ſupra, infra,
ampliſſima domicilia, bombardis, ſpiculis, haſtis, arcubus
ſagittis, loricis, galeis, pulvere tormentario, toto deniq;
apparatu militari, equeſtri, pedeſtri, terreſtri, navali, re-
fertiſſima: ad hoſtes tuos ſubiugandos, ad amicos, cives,
ſubditos, ſocios & fœderatos tuos defendendos: ad pe-
ricula, iniurias, vim, metum à capite tuo (fortiſſime Rex)
à corde tuo, chariſſima clariſſimaq; Regina, à liberis, à
fortunis, à toto comitatu propulſanda. Quamobrem
gratias, quantas animus noſter capere poſſit, ei inprimis
Prov. 8. 15. habemus, *per quem Reges regnant*, per quem amplitudo
tua, *Iacobe apud* alios *ſexte* in hac ſexta ætate mundi,
apud nos prime, in cōſtanti ętate tua, nutāte ętate Reg-
ni noſtri regnum init, & regnat: & quidem quod in tam
diſſitis ſtudijs, diſſectis ſectis, diſtractis animis, incredibili
omnium ordinum aſſenſu, vnoquoque acclamante, nul-
lo reclamāte, ſine omni caſtrenſi ſtrepitu ita pacificè reg-
net.

net. Nulla regio, municipium, præfectura, vrbs, pagus,
ex quo non publice venerunt, omniū generum, ætatum,
ordinum, omnis fortunæ & loci, etiam ex remotiſſimis
gentibus legati, gratulatū. Quantæ effuſiones hominum
ex oppidis, concurſus ex agris patrum familias cum cō-
iugibus & liberis, quaſi dei immortalis dies feſti & ſolen-
nes agerentur. Vt non maior fuerit *Iſraelis* & *Iudæ* olim
officioſa concertatio ad reducendum *Davidem* Regem 2. Sam. 19.
ſuum, quàm eſt noſtrum totius Regni, tanquam vnius vi-
ri, præſtò obſequium ad inducendum *Davidem* noſtrum
ſecundum cor Dei regem.

Nam quę duo in *Davide* eximia fuerunt, artis & mar-
tis ornamenta, domi pię doctrinę laus prophetica, in bel-
lo foris arma victricia; hæ virtutes duæ iam cœpêre eſſe
tuæ, qui & ſine bello ſuperbos debellans, ampliſſima reg-
na, ipſo audito nomine, aſſequeris, & in κυκλοπαιδείᾳ piarū
artiū & politioris literaturæ, eos verè aureos libellos cō-
ſcripſeris, vt bonæ literę, quæ antea velnti plebeiæ, ſpretę
apud multos iacebant, iam nobilitari & te regnante reg-
nare videātur. Eſt autem vt in cœli medio Sol pulchrior
quam vlla alia in parte: ita in regali perſona eruditionis
ſplendor illuſtrior, fructus copioſior, quam in reliquo ho-
minū ordine: Cum inde et iuſtitiæ præſes, et ſcholæ prin-
ceps (vt nuper ad noſtrū omnium decus) ipſe eſſe poſſit,
tum ad ius ſuis oculis pervidendum, tum ad literas fovē-
dum, et literatis favendum multo amplius. Et quanquam
non poſſumus non affici ſummo deſiderio *Divæ Elizabe-*
thæ; tamen cùm, illâ maturo die ſuo, vt ſole noſtro occi- Viam lacte-
dente et abeunte à nobis, ita brevis & ſerena nox ſit inter- am in cælo,
poſita, tot regni luminibus vnam viam Regiam, tanquam varij com-
cœleſtem galaxiam et planè *Iacobæam* deſignantibus il- mentato-
luſtrata: aliuſq; ita mane nobis exortus ſit Sol, cuius bene- res Iacobi
viam dixe-
re.

ficio,

ficio,adeò pulcher iam hic integer fermè annus,tanquam
vnus dies illuxit, nobis ſine vlla nubecula tempeſtatis ob-
futuræ , niſi quæ in ipſa coitione Dei preſidio evanuit: vt
nihil niſi E*lizabethicum* in hac rerum cōverſione ſentia-
tur , nec in poſterū niſi bona omnia E*lizabethica* de ma-
ieſtate tua expectemus , preterquam quod maſcula tua
virtus & viriles dotes,maiora quædam & auguſtiora pol-
liceantur:Deo,cuius in fæmore ſcriptum eſt, *Rex Regum*
Apoc.19,16. *& Dominus dominantium*,principi Electorum tuorū im-
perialiū (nam non hominis hoc factum ſed numinis)gra-
tiſſimis animis acquieſcimus;in te vncto Dei(ſacroſancte
Rex)conquieſcimus.Hæc eſt enim omnium congratulā-
tium Io et triumphalis ovatio noſtra.

Martial. *Vox diverſa ſonat,populorum eſt vox tamen vna;*
Tu Rex, tu patriæ diceris eſſe pater.

Quare arceſſe tibi pacis triumphos; capeſſe claues regni,
clavum imperij teneto : poſſideto principatus tui came-
ram & metropolim *Londinum* : conſcende hanc terræ a-
cropolim & armamentarium præcipuum,turrim *Londi-
nenſem*. Hibernia præſaga tui partim ſubacta, partim
dedititia tua facta eſt. Roſæ duæ Anglicanæ, & *Lanca-
ſtrenſis* vere rubens, quia vulneribus ſuis cruentata, ex-
hauſta propè erat : & *Eboracenſis* recte albicans dicta,
quæ amiſſo bellis inteſtinis ſanguine, ad mortem ferè ex-
palluit,& quæ ambæ coniunctis aculeis,ſæpiùs quam par
eſt,compungentes , cum *Leone Scotiæ* conflictatæ ſunt,
iam vt corollæ & ſerta capitis tui ſe offerunt. Tanquam
Deus iam complêſſet,quod vaticinatus eſt olim per *Eze-
chielem* in hanc ſententiam: *Tu fili hominis , cape tibi duo*
Ezech. 37. 16. *ligna,in vno inſcribe* Iehudæ; *in altero inſcribe* Ioſepho
cum tota domo Iſraelis: *tum compinge ea in vnum , vt ſint
vnum in manu tua. Nam ſic ait* Iehova : *accepturus ſum
do-*

domum Ioſephi *cum tribubus* Iſraelis , *& domum* Iehudæ,
*cum tribubus eius , & componam eas coniunctas in manu
mea,& efficiam eas gentem vnam : & Rex vnus nempe* Da-
vid *ſervus meus paſtor erit illis,neq; erunt amplius duæ gē-
tes,nec dividentur amplius in duo regna*. Quis non videt
hic amatq; ſimilem dei nutum ? Improbi, myrmillones,
buſtuarij putabant in interregno turbam in turbas conij-
cere : Pontificij ſperabant totam inſulam arſurā bello ci-
vili : & è tumultu aureum ſuū diem vtrique inſolēter præ-
dicabant. Sed fruſtratæ adhuc divinâ virgulâ & pruden-
tiſſimis Senatorum Regni conſilijs ſunt ſpes omnium.

Adhuc iuſtitia & pax occurrūt inter ſe;veritas & fides Pſal.85. 10.
oſculantur ſe.Regnū Angliæ etiamnum eſt regnū Evāge-
lij , Regnū Regis mei eſt regnū Dei mei, adhuc vivit De-
fenſor fidei à fide defenſitatus:Iuſtitiæ aſſertor,& in iuſtiſ-
ſimâ regni cauſâ acceptiſſimus:pacis cultor,& à pace ex-
cultus pater eccleſiæ *Iacobus*,filius eiuſdē: *Elizabethæ* hæ-
res regnorū & virtutū.Deus tibi regnū, regno pietatem,
pietati pacem,& quidem cuncta hæreditariò tradidit:vi-
cinā hanc patriæ noſtræ gentem, Sororem non pænè ſed
plenè noſtrā,tanquā vnius parentis geminam,Religione,
ſanguine,ſolo,ſolio,lingua,communibus officijs , cōmu-
nibus periculis,mari vt vno muro coniunctiſſimam, *An-
gliam* inquam & *Scotiam*,ſeu vt verè dixerim , *Angliā* &
Sociam vno aureo & amabiliſſimo rectionis tuæ nexu in
æternū,niſi peccata noſtra intervertāt,colligavit. *Socra-* Cicero.of-fic.2.
tes execrari ſolebat eos qui vtile et honeſtū naturâ cohæ-
rentia,animis ſegregabant. *Chriſtus* maior *Socrate* cōmi- Math 19.6.
natur: *Ne homo ſeparet quod Deus coniunxit*. Paries inter- Eph.2.14.
gerinus inter hæc duo regna,te regnante, Dei digito re-
ceſſit. *Iſraelem* & *Iudam* in te fecit vnum : non duo regna
amplius,nec duos reges:non duos paſtores,nec duos gre-
ges:

ges:non duas gentes,nec duas mentes:nõ duas regiones,
nec duas religiones. Vnus Rex, vnus grex, vna lex, & vt e-
rat ab initio, vna *Albiõ*. Omnia in vno deo cęleſti vnũ.om
Pſalm. 82. nia in vno deo terreſtri, (*dixi vos deos*, ait ſcriptura) vnũ:
Homer. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω
Εἷς βασιλεύς.

Quocirca vtere, auguſtiſſime monarcha, hac magnifi-
centia tua, potire, fruere: Spartã quã nactus es, partẽ na-
turæ iure tuam optimã adorna: macte iſta virtute regia:
perge porro initiorum laude egregia: Deum tanto bene-
ficiorum cumulo admirabiliter Deum tuum, eiuſq; Reg-
nũ in his ipſis Regni primordijs, ſedata iam peſte et pate-
factis coniuratorũ cõſilijs, perfecto corde, totiſq; viribus
impenſiùs, ſi fieri poteſt, quærito: Religionem non illibatã
ſolum tuere, ſed adauge: Evãgelium per omnes oras pro-
pagato: Artes & Academias honeſtato: *Chriſti* patrimo-
nium amplificato: vt Deo è poſtliminio reddatur, quod
Dei eſt, vbicũque tuũ eſt. avita iura in Eccleſia, in repub-
lica, niſi quid ex *Adamo*, aut *Romulo* fæcis cõtraximus,
rata & grata eſſe iube: iuſtitiã omnibus imperato: tenuiũ
verò acciſas res in proſequenda lite ſublevato: non con-
cordiã dũtaxat, ſed arctiſſimam amicitiam inter ſororias
has gentes & earum conſobrinos omnes, firmiter modis
omnibus conſtabilito: Recipe nos denique & noſtros in
clientelam tuam: vt Deo ſemper cõcinamus ſacrũ pęana
& alleluiah: inter nos autem de te circumſonemus: vivat,
vincat, vigeat, valeat, floreat diutiſſimè *Iacobus* rex *Ang-
liæ*, *Scotiæ*, *Galliæ* & *Hiberniæ* cum ſereniſſima Domina
Anna Regina vxore cũ *Hẽrico* filio *VValliæ* Principe, cũ
tota reliqua regali ſobole: viuat inquam *Iacobus* *Angliæ*
Rex & *Scotiæ*, ſeu vt vno verbo dicam, *Britanniæ*. dixi.

I *wil giue* ſaith the Lord by Hoſea the Oſe. 2. 15.
prophet, *the vale of* Achor *for the
gate of hope*. Now the vale of *Achor*
was the firſt entraunce for the peo-
ple of *Iſrael* into the land of pro-
miſe. Semblably this fort of the
Tower (O mighty King) is the thre-
ſhold, as it were, of the land of your
beheſt: and the firſt ſtep of your inveſtiture vnto a king-
dome, determined vnto you by divine decree, before you
were borne. At the porte gates whereof there ſaluteth
you by my words, not only your faithfull Lieuetenant a
Knight graced with ornaments of warre and peace, and The Warders.
the whole troop of armed men, that ſurroũd your prince-
ly perſon, your ſervants the Gard in this place: but togi-
ther alſo there welcomes you, as it were with one obey-
ſance, whole E*ngland*, *Fraunce* & *Ireland*, the ſoveraigne
authority of all which by the poſſeſſion of this one place,
you do claſpe and as it were gripe in your hand. For this
Tower and royal Caſtle is the pledge for them all, & not
onely the gate of good hope, but the haven of the whole
ſcope. Here the ſtately and princely beaſtes the *Lyons* The Lyons
(*couchant*) of *England* do bow downe to the *Lyon* (*Ram-
pant*) of *Scotland*: even to you a true offſpring of the Lyon
of *Iuda*, and rightly diſcended of Kings your great-great
grandfathers. Here is mony coyned, the ioints & ſinewes The mynt.
of warre, which now a good while ſince hath borne the
image and ſuperſcription of you our Cæſar. Here are the

Records. Records of Eſtate, the cloſet of the acts & patents of our
princes, your renowned progenitors, out of which, I
may boldly avouch it, a truer ſtory of our nation by far
may be compiled, then any is yet extant. Here are diſper-
Priſons. ſed in the ſeverall quarters of this place, certaine rounde
turrets for the cuſtody of offendors againſt the king. This
Bloody Tower. which is next, our elders tearmed the bloody Tower, for
the bloodſhed, as they ſay, of thoſe Infant Princes of *Ed-
ward* the fourth, whō *Richard* the third of curſed memo-
ry (I ſhudder to mention it,) ſavagely killed two togither
at one time. Then there preſenteth it ſelfe looking duti-
Square Tower. fully from a great heigth vpon you, but holding out bra-
ſen pieces of ſhot, threatning flaſhings of fire and thun-
derbolts to your enemies, a great and ſquare Tower for
martiall ſervice, the ſtrength of this place, a watchman
for the City, a keeper of the peace, a commaunder of the
country round about, wherein antiquity hath eſpecially
Ceſars hall made memorable the hall of the Romaine Cæſar. Here
The Iewell houſe. is the Iewell-houſe and the wealth of the kingdome, con-
taining implements of great valew aboue number, and
The Wardrop. al the gold and ſilver plate, with a moſt rich princely war-
drop; all which haue now long ſince powred themſelues
into your boſome, as the iuſt owner & ful heire to thē al.
Here are, that I may not name every thing, mōtaines
of bullets, and moſt large places aboue and below for re-
Armory. ceipt of armour, with ordinance, dartes, pikes, bowes, ar-
rowes, privy coats, helmets, gun-powder, finally with the
whole furniture of chivalry, for ſervice on horſe, on foot,
by land, by ſea, exceedingly ſtoared: (& all theſe) to ſub-
due your enemies: to defend your friends, citizens, ſub-
iects, aſſociats and confederats: and to propulſe danger,
annoyance, violence, feare from your owne perſon (moſt

puiſſant King) from your deareſt ſpouſe, our Soveraigne
Queene, your progeny, eſtate, and whole traine. Where-
fore we giue thankes as many as our heart can conceiue,
to him firſt, by whom Kings raigne, by whom your Ma- Pro. 8. 15.
ieſty, O *Iames* a ſixt among others, to vs a firſt, in this ſixt
age of the world, in your owne conſtant age, in the decly-
ning age of our kingdome, doth enter your raigne & now
fully raigneth: and the rather, that in ſo great ods of diſ-
poſitions, ſo many ſects cutting from one another, ſuch
diſtractions of mens mindes, you doe with ſuch wonder-
full agreement of all degrees, every one acclaming to it,
no man reclaiming at it, and without any ſtirring of wea-
pon ſo peaceably raigne. There is no country, burrough,
precinct, city, hamlet, out of which there haue not come
openly of al ſorts, ages, degrees, of al eſtates & conditions
even from the moſt vtmoſt foreine parts, embaſſadors
to congratulate. What wonderfull reſorte out of good
townes: what concourſe out of the field-country of far-
mers with their wiues & children, as though ſome great
& feſtivall day of the everliving God were now celebra-
ted. So that there was not a more dutifull ſtriving be-
tweene *Iſrael* and *Iuda* to bring home *David* there king: 2. Sam. 19.
then there is ready obſequiouſnes of the whole king-
dome of E*ngland* as of one mā, for the bringing in of our
David a King after Gods owne hart. For theſe two orna-
ments of arts and armes, which in *David* were eminent,
namely the praiſe of holy learning to the height of a pro-
phet, the honour of victorious exploits abroad in warre:
theſe two do begin to ſhew themſelues to bee with you:
who without warre vanquiſhing the prowde, haue vpon
the hearing of your name attained vnto moſt mighty
kingdomes: and haue written ſuch worthy goldē bookes

out of the circle of ſacred ſciences, & the finer learning, that good literature which, as vulgar, lay deſpiſed, ſeemeth now to be ennobled, and by your raigne to raigne it ſelfe. And verely as the ſonne is brighter then, when it is in the midſt of heaven, then whē it is in any other part: ſo the ſhine of learning is both more orient, and the fruite more abundant in a king, thē in any other eſtate of men: ſeeing thereby he may bee preſident in the courts of Iuſtice, and chiefe moderator in ſchooles; (as of late you were to al our glory:) both to diſcerne the right with your owne eies, and alſo to foſter learning, and to favour learned men much more. And although we cannot but bee affected with the miſſe of (now) S[t]. *Elizabeth* (our late Queene) yet ſeing, whē as ſhe, as our ſunne ſetting & departing frō vs in the ripe time of her daies, there followed ſo ſhort and ſo cleare a night enlightened with ſo many ſtarres of the kingdome, chalking out one kings way, as the milken way in heaven, plainely (as the olde ſawe hath bin) S[t]. *Iames* way: and ſeeing another ſunne roſe ſo earely vnto vs, by cōfort whereof this whole now a yeare almoſt hath continued as one faire day, without any ſtormy cloud towards, but ſuch an one, as vaniſhed in the verie gathering of it through the protection of God: ſo that in this change we feele no alteration frō the raygne of Queene *Elizabeth*, neither may we expect any other thinges at your Maieſties hands, but even all the good things of Queene *Elizabethes* time, ſaving that your mā-ly proweſſe, and the induments of nature in the ſuperior degree of your ſex aboue her, doth promiſe both greater and more notable attempts: Vnto God (firſt) in *whoſe thigh is written King of Kinges and Lord of Lordes* (the chiefe Prince among al your imperial electors (for it was

The milkē way in heaven diverſe philoſophers haue called S. Iames way.

The laſt conſpiracy.

Apoc. 19. 16.

the

the doing of divine power and not humane) with moſt thankful mindes we yeeld our ſelues, and next in you, O ſacred King the annointed of the Lord, we ſet our hearts at reſt. For this is the ſhouting and triumphant applauſe of al your ſubiectes, that ioyntly welcome you vnto the crowne.

The cry of people ſounds alike, yet is their voice all one:
Thou Iames *our King, of country art, the father term'd (alone.*

Martial.

Wherefore take vnto you, the triumphs of peace: receiue (here) the keyes of the kingdome: take into your hand the helme of this Empire: Enter into the poſſeſſion of the chamber of your kingdome, the chiefe citty London: goe vp into the chiefe fort of your land, the Principall armour houſe of the Realme; this Tower of London. *Ireland* wiſely foreſeeing your approach, partly ſubdued, partly yeelding, is become totally yours. The two Roſes of *England*, both the red Roſe of *Lancaſter*, rightly called ruddie, as beeing embrued in blood by wounds from her ſelfe, til ſhee was almoſt ſpent: and that other white Roſe of the houſe of *Yorke*, rightly named white, as which having loſt much blood by civil warre waxed pale wel nigh vnto death: which both with their prickles ſtinging togither encountered oftener then was fitte with the Lion of *Scotland*; do now offer themſelues as coronets & garlā ds about your head. As though God had now fulfilled that, which he foreſpake by *Ezechiel* to this purpoſe; *Sonne of man take vnto thee two pieces of wood; write in one to* Iehuda: *in the other write. To* Ioſeph *with al the houſe of* Iſrael: *Then frame them togither in one, that they may be one in thy hand: For thus ſaith the Lord: I wil take the houſe of* Ioſeph *with the tribes of* Iſrael, *& the houſe of* Iuda *with*

Ezech. 37. 16.

his

his tribes, and wil ioyne them by one fabricke in my hand, & will make them one nation, and one king, namely David *my ſervant ſhall be Paſtor over them: neither ſhall they be anie more two nations, nor henceforth devided into two king-doms* &c. who doth not ſee & loue the like proceeding of God with vs? The wicked, the deſperate ruffins thought in the chāge to caſt all in a hurly-burly: the Popiſh crue hoped that the whole Iland would haue bin on fire with civil warre: & both of them out of the midſt of the ſturre, did glorioúſly bragge of their golden day. But through the rod of Gods providence over vs, and by the prudent advice of the counſelors of eſtate, al their hopes hitherto

Pſal. 85. 10. haue beene made fruſtrate: *Yet iuſtice and peace do greete togither: truth & faithfulnes do kiſſe each other*: the kingdome of *England* is ſtill the kingdome of the Goſpell: the kingdome of my king is the kingdome of my God: yet there liveth the Defender of the faith, defended by the faith: the mainteiner of Iuſtice, and moſt acceptably intertained in his moſt iuſt title to the kingdome: a promoter of peace & promoted by peace, evē *James* the father of the church, & ſonne of the ſame: the heire of Queene *Elizabeth* in her kingdomes and vertues. God hath given vnto you a kingdome: vnto the kingdome a holy Religiō: to a holy Religion peace: and all theſe to you even by inheritance. This neighbour nation to our natiue country, not our halfe but full ſiſter, evē as it were a twinne of the ſame mother, moſt neere of al other to one another in Religiō, in blood, in ſoile, in right of crowne, in language, in common ſervices, and common hazardes, ſurrounded with one ſea as one wall, I meane *England* and *Scotland*, or to ſpeake more truely, *One land*, hath God plotted into one by the golden and moſt loving knotte of your go-

verne-

vernement: and that if our ſinnes doe not overturne it, even for ever. *Socrates* was wont to curſe them, who ſevered honeſty and profit a ſunder in their purpoſes, which by nature cleave togither. *Chriſt* greater then *Socrates* doth command; *Let no man ſeperate, that which God hath ioined togither*. The partition wall betweene theſe two kingdomes by the finger of God at your comming to the crowne is gone: he hath made *Iſrael and Iuda one* in you: no more two kingdomes, nor two kings: nor two paſtors, nor two flockes: nor two kindes nor two mindes: nor two Regions, nor two Religions. One King, one people, one law, and as it was in the beginning, one land of *Albion*. Al things in one heavenly God one: al things in one earthly God, (*for I have ſtiled you Gods*, as the ſcripture ſpeaketh) One.

Cicero. offic. 2. — Matth. 19. — Eph. 2. 14. — Pſalm. 82.

It is not good that many heads beare rule in any land:
Let one be ſoveraigne King and Lord, and ſo decrees may ſtand. Homer.

Wherfore moſt mighty monarch, make vſe of this your magnificent eſtate; poſſeſſe it, enioy it; bewtifie this your portion, even your beſt inheritance, which you are come vnto by right of nature: proceed on in your princely vertue: go forward in the worthy praiſe of theſe beginnings: Seeke that God, which is become your God wonderfully by ſuch a heape of benefits, and his kingdome alſo in this beginning of your kingdome, the plague beeing much abated, and the counſels of conſpirators detected, even with a perfit hart and with all your power, even yet more earneſtly, if it may be. Not only preſerve religion, but increaſe it: Plant the Goſpel throughout all your Dominions: Give reputatiō to Arts & Vniverſities: Enlarge the patrimony of *Chriſt*: that now at legth after long detinue, reſtitutiō may be made vnto God of al that is due

vnto

vnto God, wherſoever you haue to do. Confirme & ratifie the auncient lawes both in Church and Commonwealth, except where we haue gathered any corruption, either from *Adam or Rome*: Command iuſtice to all mē: but eaſe the lowe eſtate of the poore in following their ſuites Eſtabliſh ſtrongly by al meanes not only concord, but indiſſoluble frendſhip betweene theſe ſiſter natiōs, and all the ſiſters children: Finally receive vs and ours into your protection; that we may alway ſing vnto God a holy himne, & allelujah, & of you mayſtil ring this peale among our ſelues: *Let live, O God, let vanquiſh, let growe, let proſper, let flouriſh, as long, as mortality may endure, evē* Iames *of* England, Scotland, Fraunce *and* Ireland *King, togither with our ſoveraigne Ladie* Anne, *his ſpouſe; with* Henry *Prince of* Wales, *and the reſt of the royal Progeny: Let live I ſay* Iames *of* England *and* Scotland, *or to ſpeake at one word, King of whole* Brittaine.

FINIS.